

BIBLIOTHECA



B. 239.

1) Vida, Dr. Hieron.

meist 2) - 6)

f) des berühmten Schach =

gedicht!

Mit Tabelle v. Schachzügen

DFW 00



CXLIII.

DISTICHA MOR-  
RALIA,

CATONIS,  
IN QUATUOR  
LIBROS DISTRI-  
BUTA.

*Augustus Caesar cum hortaretur, ferenda  
esse praesentia, qualiacunque essent, dice-  
bat: CONTENTI SIMUS HOC  
CATONE.*

Si tu Cato, nostro Catone non eges;  
Noster Cato pueros docet.



COBURGI  
Imprimebat Casparus Bertschius.  
ANNO CHRISTI M. DCVI.



Cato cum glossa & moralisatione editus est Co-  
loniæ anno 1494. cum autor sic  
scripsit:


Dicunt, quòd sic intitulatur: incipit Ethi-  
ca Catonis, non quia Cato compo-  
suit, sed, quòd ille, qui composuit,  
ipsum Catonis nomen, ut esset auto-  
risabilior, appellavit.

---

Erasmus anno 1513. Catonem cum Scholiis edidit,  
ubi sic inquit:

Cujus autoris hoc sit opus, & utrum  
unius, an plurium, non admodum  
referre puto. Catonis ob id tantum  
arbitror dici, quòd sententias habeat  
Catone dignas.

In adagiis ex Plutarcho refert, tantam  
Catonis apud populum fuisse fidem  
& autoritatem, *ut de rebus incredibili-  
bus Proverbio diceretur: istud incredi-  
bile est, etiamsi dicat Cato.*



# DISTICHORUM

MORALIUM LIBER PRIMUS, QUI CONSTAT DISTICHIS 40.

## I.

Deus pura mente colendus est.

SI Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,

Hic tibi præcipuè sic pura mente colendus.

Si est ) pro cum sit. Sed sacra Scriptura potius nos docet, quòd Deus sit Spiritus, & quòd cum ex toto corde diligere debeamus.

## II.

Somno ne indulgeto.

Si puer hoc sciret, quantum Doctrina valeret,  
Rarò dormiret, sed nocte dieq; studeret.

Nullus dormiens ulla re dignus est, inquit Plato.

Plus vigila semper, nec somno deditus esto.

Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.

## III.

Taciturnitas virtus est præcipua.

Nunc est dicendum, nunc est ratione silendum.

Nil melius verè, quàm cum ratione tacere.

Virtutem primam esse puta, compescere linguam.

Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere.

L I B E R

Ne sis ipse tibi contrarius.

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse,  
Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse.

V.

Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est di-  
cere, Cicero respons. in Salustium.

Qui alterum inculcat probri, cum ipsum se intueri oportet. Plautus in Truculen. 1. 2.

Si vitam inspicias hominum, si denique  
mores,

Cum culpes alios, NEMO SINE CRIMINE  
VIVIT.

VI.

Nocitura ne retine, quamvis ea vehementer ames.

Terentius:

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum  
est lucrum.

Quæ nocitura tenes, quamvis sint chara,  
relinque.

Utilitas opibus præponi tempore debet.

VII.

Severitas cum humanitate jungenda, & tempori  
cedendum.

Lævis & asper erit sapiens, ut res sua quærit.

Constans & lenis, sicut res postulat, esto.

Temporibus mores Sapiens sine crimine  
mutat.

VIII. Uxorâ

PRIMUS.

VIII.

Uxori de servis aut ancillis conquerenti,  
ne temerè credas.

Nil temerè uxori de servis crede querenti.  
Sæpe etenim mulier, quem conjunx dili-  
git, odit.

IX.

Cujus aures clausæ veritati sunt, ut ab amico vera au-  
dire nequeant, hujus salus desperanda est.  
Cicero de Amicitia.

Si moneas aliquem, nec se velit ipse mone-  
Si tibi sit charus, noli desistere captis. (ri,

X.

Cum stulto & verboso frustra contenditur.  
Hoc scio pro certo, quòd si cum stercore certo,  
Vincor, vel vincor, semper ego maculor.

Contra verbosos noli contendere verbis,  
Sermo datur cunctis, animi sapientia  
paucis.

XI.

Sic aliis benefacias, ne tibi ipsi noceas.

Fide, sed cui, vide. Lege caput 29. Siracidæ.

Dilige sic alios, ut sis tibi charus amicus.  
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna se-  
quantur.

L I B E R

XII.

Rumores ne sparseris. Silentii tutum præmium.  
Rumores fuge, ne incipias novus autor  
haberi.  
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse lo-  
cutum.

XIII.

Ne quid certò promiseris, alieni promissi fiducia.  
Ursi pellem non priùs vendas, quàm ursum ce-  
peris & confeceris.  
Rem tibi promissam certò promittere  
noli.  
RARA FIDES ideò, quia MULTI MULTA  
loquuntur.

XIV.

Ne te ipsum æstimaris aliorum laudatione,  
sed tua ipsius conscientia.  
Plus laudatori, quàm tu tibi, credere noli.  
Cùm te quis laudat, iudex tuus esse me-  
mento.  
Plus aliis de te, quàm tu tibi, credere noli.

XV.

Qui dedit beneficium, taceat: narret, qui accepit,  
Seneca lib. 2. de beneficiis, c. 11.  
Officium alterius multis narrare me-  
mento,  
Ast aliis cùm tu benefeceris, ipse fileto.

XVI. Seneca



PRIMUS.

XVI.

Senex factus, memento te etiam puerum fuisse. Non à  
pueris ilicò nascimur senes. Vide 1. Cor. 13. 11.

Ante fuit vitulus, qui jam fert cornua, Taurus.

Multorum cùm facta senex, & dicta re-  
censes,

Fac tibi succurrant, juvenis quæ feceris  
ipse.

XVII.

Qui sibi bene conscius est, de secreto aliorum collo-  
quio non malè suspicatur.

Ne cures, si quis tacito sermone loquatur.

Consciuse ipse sibi de se putat omnia dici.

XIIX.

In secundis rebus de adversis cogita. Nescis quid  
ferus vesper vehat.

Cùm fueris felix, quæ sunt adversa, caveto.

Non eòdem cursu respondent ultima pri-  
mis.

XIX.

Alterius mortem non expectes, cùm ipse quoq;  
sis mortalis. Hodie mihi, cras tibi.

Cùm dubia & fragilis nobis sit vita tributa,

In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

XX.

Munera sunt æstimanda non suo pretio,  
sed animo donantis.

A 4

Non.

L I B E R

Non oportet equi dentes inspicere donati.

Exiguum munus cùm dat tibi pauper  
amicus,  
Accipito placidè, plenè & laudare me-  
mento.

*XXI.*

Magna ars & magnum decus est rectè ferre pauper-  
tatem, inquit D. Philippus in locis  
Theologicis.

Infantem nudum cùm te natura creârit,  
Paupertatis on<sup>o</sup> patienter ferre memento.

*XXII.*

Intrepidus horam illam decretoriam prospice,  
inquit Seneca, epist. 103.

Ne timeas illam, quæ vitæ est ultima finis.  
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id  
ipsum.

*XXIII.*

Facienda sunt opera vocationis, & non est spectanda  
gratitudo, inquit D. Lutherus.

Si tibi pro meritis nemo respondet amic<sup>o</sup>,  
Incusare Deum noli, sed te ipse coërce.

*XXIV.*

Parlimoniam adhibe. Bonus Servatius facit  
bonum Bonifacium.

Spare wenn du hast/ so finstu wenn du darffst.

Ne

PRIMUS.

Ne tibi quid desit, quæsis utere parcè,  
Utq; quod est, serves, semper tibi deesse  
putato.

XXV.

Jaſtantiaẽ eſt, non humanitatis, ſæpiùs idem  
promittere.

Quod præſtare potes, ne bis ꝑmiferis ulli,  
Ne ſis ventofus, dum vis urbanus haberi.

XXVI.

Horatius,  
Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.  
Sed Apoſtolus requirit charitatem non ſimulatam,  
2. Cor. 6. v. 6.

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus a-  
micus,

Tu quod fac ſimile: ſic ars deluditur arte.

XXVII.

Sermones tibi blandiloquentia,  
infra 3. diſt. 3.

Decipiuntur aves per cantus ſæpe ſuaves.

Noli homines blando nimium ſermono  
probare

Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit  
auceps.

XXIII.

Qui ſapiunt, etiã ſi abundè ſuppetat res familiaris, ta-  
men liberos ſuos opificium aliquod diſcere cogunt,  
quò,

L I B E R

quò, si contingat, ut fortuna auferat opes, aut in exili-  
um ire jubeantur, sit quò sibi victum parent, Erasmus  
in Proverb. Artem quævis alit terra.

Si tibi sunt Nati, nec opes, tunc artibus illos  
Instrue, quò possint inopem defendere  
vitam.

XXIX.

Nec vilia contemnas, nec pretiosa nimium ames.

Quod vile est, charum, quod charum, vile  
putato.

Sic tibi nec cupidus, nec avarus habebis  
ulli.

Cupidus id est, prodigus. Wer keines Hellers  
achtet/der kömpt nimmermehr zum Pfennig.

XXX.

Ea demum magna voluptas est, æqualem ac parem verbis  
vitam agere, inquit Cicero. Non est huius animus in-  
recto, cuius dictis acta discordant. Dist. 34.

Dogma tuum sordet, cum te tu sordet.

Si culpare velis, culpabilis esse

Tunc alios culpa, cum tu fueris sine culpa.

Quæ culpare soles, ea tu ne feceris ipse.

Turpe est Doctori, cum culpa redarguit  
ipsum.

XXXI.

Postulatio non sit impudens, sed æqua & honesta. Incivile  
est quod postulas, incipit Lex quarta, Codice de bonis  
possidendis.

Quod

Quod justum est, petito, vel quod videatur  
honestum.

Nam stultum est petere id, quod possit ju-  
re negari.

*XXXVII.*

Ignota non sunt præferenda notis. Vide Sirac. 9. 14.

Ignotum tibi tu noli præponere notis.

Cognita judicio constant, incognita casu.

*XXXVIII.*

Seneca epist. 12.

Crastinum si adjecerit Deus, læti recipiamus. Ille beatif-  
simus est, & securus sui possessor, qui crastinum sine  
solicitudine expectat. Quisquis dixit, VIXI, quo-  
tidie ad lucrum surgit.

Cùm dubia incertis versetur vita periculis,  
Pro lucro tibi pone diem, quocunq; labo-  
ras.

*XXXIX.*

Obsequium amicos parit.

Vincere cùm possis, interdum cede sodali.  
Obsequio quoniam dulces retinentur a-  
mici.

*XL.*

Amicitia constat officiis mutuis, & juxta Proverbium,  
Manus manum fricat.

Ne dubites, cùm magna petas, impendere  
parva.

His etenim rebus conjungit Gratia charos.

*XXXVI. Cum*

L I B E R

XXXVI.

Cum amico per iracundiam ne rixeris.

Semper devites cum charo quærere lites.

Litem inferre cave, cum quo tibi gratia  
juncta est.

Ira odium generat: concordia NUTRIT  
AMOREM.

XXXVII.

Noli esse sicut Leo in domo tua, Sirac. 4. 35.

Servorum ob culpam, cum te dolor urget  
in iram,

Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis.

XXXVIII.

Præstat patientia vincere, quàm violentia.

Melior est patiens viro forti, Proverb. 16. 32.

Quem superare potes, nonnunquam vin-  
ce ferendo.

MAXIMA enim morum semper PATIEN-  
TIA VIRTUS.

XXXIX.

Vide ut tua serves, nec ad paupertatem  
redigaris.

Conserva potiùs, quæ sunt jam parta la-  
bore.

Cum labor in damno est, crescit mortalis  
egestas.

PRIMUS.

XL.

Non sis benignior, quàm res tua patitur. Quia Festa Marti-  
ni sæpe iterata, absumunt anseres & prata.

Dapsilis interdum notis, & largus amicis,  
Cùm fueris felix: semper tibi proxim⁹ esto.

---

---

LIBER SECUNDUS,

QVI CONSTAT

Distichis 31.

IN præfatione suum libellum cum alio-  
rum Poëtarum libris confert. 1. Virgilius  
in Georgicis docet agriculturam. 2. Macer  
tradit vires herbarum. 3. Lucanus narrat  
civile bellum inter Cæsarem & Pompei-  
um: cum quo bello Punica bella conjun-  
git, quæ tamen non Lucanus, sed Silius Ita-  
licus descripsit. 4. Ovidius tradit artem  
amandi. Hic autem libellus bene vivendi  
rationem præscribit.

*Telluris si fortè velis cognoscere cultus,*

*Virgilium legito.*

*Herbarum vires, Mac*

*Si Romana cupis & Punica noscere bella,*

*mage nosse laboras  
carmine dicet.*

*Luca-*

L I B E R

*Lucanum queras, qui Martis praelia dicet.  
Si quid amare libet, vel discere amare legendo,  
Nasonem petito. Sin autem cura tibi haec est,  
Ut sapiens vivas, audi, quò discere possis,  
Per quæ semotum vitiis traducitur ævum.  
Ergò ades, & quæ sit sapientia, disce legendo.*

I.

De omnibus, si fieri potest, bene mereri studeas.  
Si potes, ignotis etiam prodesse memento.  
Utilius regno est, meritis acquirere amicos

II.

Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria, Pro-  
verb. 25. 27. Interea tamen Apostolus superna, non  
terrestria nos curare jubet, Coloss 3. v. 3.

Ad secreta Poli curas extendere noli.

Mitte arcana DEI, cœlumq; inquirere quid  
sit.

Cùm sis mortalis, quæ sunt mortalia, cura.

III.

Mors non est formidanda, ut supra lib. 1. dist. 22.

Mortis linque metus, si tu vis vivere lætus.

Mortem ut nunquam timeas, semper cogita,

Seneca. de brevitate vite. c. 10.

Linque metum temporis. Nam stultum est

Dum mortem metis, amittere gaudia  
vitæ.

IV. Ira



S E C U N D U S.

*IIII.*

Ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil consideratè potest, inquit Cicero.

Iratus rerum nescit discernere verum.

Iratus de re incerta contendere noli.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

*V.*

Sumtibus non parcendum, cum res postulat.

Fac sumtum properè, cum res desideras ipsa.

Dandum etenim est aliquid, cum tempus postulat, aut res.

*VI.*

Mediocrium conditio optima.

Medio tutissimus ibis.

Medium tenuère beati.

Quod nimium est, fugito: parvo gaudere memento

Tuta magis est puppis, modico quæ flumine fertur.

*VII.*

Turpitudinem tuam vix reveles.

Quid pudeat, socios memento, ens celare memento,

Ne plures culpent, quod tibi displicet uni.

*VIII. Hora.*

L I B E R

VIII.

Horatius.

Rarò antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna claudo.

Quicquid in occulto est, in apicem proferet ætas.

Absit opinari pravos peccata lucrari.

Nolo putes pravos homines peccata lu-  
crari.

Temporibus peccata latent, & tempore  
parent. *(id est, apparent.)*

IX.

Homo non æstimandus proceritate roboreq; cor-  
poris, sed animo potiùs.

Wenns an der größe gelegen were/so erlieff  
eine Kuh ein Hasen.

Ingenio plenus, qui viribus extat egenus.

Corporis exigui vires contemnere noli.

Consilio pollet, cui vim natura negavit.

X.

Ovidius lib. 2. de Arte.

Cede repugnanti: cedendo victor abibis.

Cedendo majorem te vinces.

Quem scieris non esse patrem tibi, tempore  
cede,

Vidorem à victo

Præri sæpe videmus.

Cum familiaris

De rebus

non est rixandum.

De molestia grandis.

Adver-

S E C U N D U S.

Adversus notum noli contendere verbis.  
Lis minimis verbis interdum maxima  
crescit.

XII.

Ne fortilegiis ac malis artibus inquiras, quid de  
te futurum sit.

Jaeta super Dominum curam tuam, Psal. 55. 13.

Quid Deus intendat, noli perquirere sorte,  
Quid statuatur de te, sine te deliberat ipse.

XIII.

Ne nimio splendore strepituq; vitæ conflaveris  
tibi hominum odium.

Invidiam nimio cultu vitare memento,  
Quæ, si non lædit, tamen hanc sufferre mo-  
lestum est.

XIIII.

Iniquè damnatus ne abicias animum.

Utiq; est Deus judicans in terra, Psal. 58. 12.

Esto animo forti, cum sis damnatus iniquè,  
Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo

XV.

Litis anteaetæ convicia non sunt refricanda.

Litis præteritæ noli maledicta referre.

Post inimicitias iram meminisse, Malorum  
est.

XVI.

Te ipsum nec laudes, nec vituperes.

Propria laus sordet.

B

Qui

L I B E R

Qui sese laudat, laudis se munere fraudat.  
Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse:  
Hoc faciunt stulti: id, quos gloria vexat  
inanis.

XVII.

Parfimoniam adhibe, ut supra lib. 1. dist. 24.  
Gut ist bald ;errunnen/aber langsam gewonnen.  
Utere quæ sitis modicè, cum sumtus abun-  
dat. (longo.  
Labitur exiguo, quod partum est tempore

XVIII.

Esse loco stultum, fit sæpiùs utile multum.  
Dulce est desipere in loco, inquit Horatius.  
Vide Davidis exemplum, 1. Sam. 21.  
Insipiens esto, cum temp<sup>9</sup> postulat, aut res.  
Stultitiam simulare loco, prudentia sum-  
ma est.

XIX.

Neque prodigus, neque avarus fueris.  
Luxuriam fugito, simul & vitare memento  
Crimen avaritiæ: nam sunt contraria famæ

XX.

Loquacibus non credendum.  
Noli tu quædam referenti credere semper.  
Exigua iis tribuenda fides, qui multa lo-  
quuntur.

XXI. Pitta-

S E C U N D U S.

*XXI.*

Pittacus, unus è septem Sapientibus, ebrios, cum peccarent, duplici poena afficiendos per leges statuit, ut caverent temulentiam.

Si per vina labes, non vini, sed tua labes.

Cum potu peccas, ignoscere tu tibi noli.

Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis.

*XXII.*

Amico tacito consilium, Medico fideli corpus committendum.

Consilium arcanum tacito committe sodali:

Corporis auxilium Medico committe fideli.

*XXIII.*

Noli æmulari in malignantibus, &c. Psal. 37. v. 1.

Multis fortuna parcit in poenam, Plinius 16. 1.

Sæpe Mali florent, ut post ea gaudia plorent.

Noli successus indignos ferre molestè.

Indulget fortuna Malis, ut lædere possit.

*XXIV.*

Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longè antè videris, Cicero lib. 3. Tusculan.

Se minùs afflictum sentit, qui providet ictum.

Prospice qui veniunt, hos casus esse ferendos.

Nam leviùs lædit, quicquid prævideris antè.

L I B E R

XXV.

Spes nunquam abjicienda.

Nil desperandum.

Omnia homini, dum vivit, speranda sunt, Seneca ep. 71.

Reb<sup>9</sup> in adversis animum submittere noli.

Spem retine: Spes una hominem nec morte relinquit.

XXVI.

Si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paululum fueris, nequicquam mox amissam quæraris, Livius lib. 25.

Quâ tibi, quæq; datur, occasio prima petatur.

Rem tibi quam nosces aptam, dimittere noli.

Fronte capillata, sed post occasio calva est.

XXVII.

Jani bifrontis exemplo, jubet etiam in occipitio oculos habere, hoc est, non quòd ante pedes modò est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere.

Quod sequitur, specta, quodq; imminet, antè videto.

Illum imitare Deum, qui partem spectat utramque.

XXIII.

Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas, inquit Horatius.

Temperantia est sanitatis nutricula.

Hanc sanam & salubrem formam vitæ teneto, ut corpori tantum

SECUNDUS.

tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini satis,  
Seneca epist. 8.

Fortius ut valeas, interdum parcior esto.  
Pauca voluptati debentur, plura saluti.

XXIX.

Eum, qui de sua unius sententia omnia gerat, superbum  
judico magis, quam sapientem. Livius lib. 44.

Judicium populi nunquam contemseris  
unus,

Ne nulli placeas, dum vis contemnere  
multos.

XXX.

Valetudinem, qua nihil melius, diligenter cura.

Sit tibi præcipue, quod primum est, cura  
salutis,

Tempora nec culpes, cum sis tibi causa do-  
loris.

XXXI.

Ubi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermo-  
nes multi. Tu verò Deum time, inquit Salomon Eccl. 5. 6.

Somnia ne cures, quia fallunt somnia plures.

Ad tribulos asinus semper sua somnia vertit.

Somnia de siliquis Sus cernit, quando quiescit.

Somnia ne cures. Nam mens humana  
quod optat,

Dum vigilat sperans, per somnum cernit  
id ipsum.

L I B E R

L I B E R T E R T I U S,

Q V I C O N S T A T

Distichis 23.

**I**N præfatione commendat utilitatem  
horum Præceptorum.

*Hoc quicumq; cupis carmen cognoscere, Lector,  
Hæc Præcepta feres, quæ sunt gratissima vitæ.  
Instrue præceptis animum, nec discere cesses.  
Nam sine doctrina, vita est quasi mortis imago.  
Commoda multa feres: sin autem spreveris illud,  
Non me Scriptorem, sed te neglexeris ipse.*

I.

Cave malefacta, & facile fuerit refutare mendacia.

*Hüt dich für der That/der Lügen wird wol Raht.*

Luther. ad Ps. 11. Proverb. 17.

Multum deliro, si cuiq; placere requiro.

Cum rectè vivas, ne cures verba malo-  
rum.

Arbitrii nostri non est, quid quisq; lo-  
quatur.

II.

Amici crimen, quoad licebit, dissimula.

Scin



## TERTIUS.

Sein Unschuld solt auch retten du/vnd  
seine Schand decken zu.

Productus testis, salvo tamen antè pudore,  
Quantumcunq; potes, celato crimen a-  
mici.

### III.

Blandiloquentulorum & susurrantium optimis verbis  
nullæ res subsunt.

Gute Wort/vnd nichts dahinden. Luther.  
ad Ps. 14. Proverb. 25.

Quantò blandior, hoc tantò vehementiùs mordet,  
Nonius ex Lucilio.

Sermones blandos blæfosq; cavere me-  
mento,

Simplicitas veri sana est, fraus ficta lo-  
quendi.

### IIII.

Vitanda est improba Siren-  
Desidia, inquit Horatius.

blandoq; veneno  
Desidiæ, virtus paulatim evicta fenescit,  
Silius Ital. lib. 3. Ps. 580.

Segnitiam fugito, quæ vitæ ignavia fertur.  
Nam cùm animus languet, consumit iner-  
tia corpus.

### V.

Cùm relaxare animum, & dare te jucunditati voles, ca-  
veas intemperantiam, memineris verecundiæ, Cicero  
lib. 1. off.

## LIBERT

Dona præsentis cape lætus horæ, ac  
Linque severa, Horat. lib. 3. carm.

Interpone tuis interdum gaudia curis,  
Ut possis animo quemvis sufferre laborem

### VI.

Chilo, unus è septem Sapientibus, docebat, neminem  
convitiis laceffendum, ne, si dixerimus quæ iubet, au-  
diamus vicissim, quæ dolent.

Alterius dictum aut factum ne carpseris  
unquam,

Exemplo simili ne te derideat alter.

### VII.

Hæreditatem adiens, inventarium confice, & bona, quæ  
tibi hæreditario jure obvenerunt, augendo serva.

Quæ tibi fors dederit, tabulis, suprema, no-  
tato.

Augendo serva, ne sis, quem fama loquatur

### VIII.

Senes non sint avari, sed liberales, si ad largien-  
dum suppetant copia.

Si tibi divitiæ superant in fine senectæ,  
Munificus facito vivas, non parcus, amicis.

### IX.

Nullius hominis consilium aspernandum est.

Non sit neglecta servi sententia recta.

Sæpe etiam est pauper valde opportuna locutus.

Exemplum vide 2. Reg. 5. 13.

Utile

TERTIUS.

Utile consilium Dominus ne despice servi.  
Nullius sensum, si prodest, temseris unquam.

X.

Vetus est, ubi non sis, qui fueris, non esse, cur velis vivere,  
inquit Cicero ad Famil. 7.3. Sed idem alibi 6. 22. ad  
mentem auctoris nostri dicit: eversis omnibus rebus,  
cum consilio profici nihil potest, unica ratio videtur,  
quicquid evenerit, ferre moderatè.

Fortuna opes auferre, non animum potest,  
Seneca in Medea. V. 176.

Reb<sup>o</sup>, & in censu, si non est, quod fuit antè,  
Fac vivas contentus eo, quod tempora  
præbent.

XI.

Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives,  
Non tamen hoc tanti est, pauper ut esse velis.

Repudium, quod hîc approbari videtur, apud Christianos  
nos non conceditur.

Uxorem fuge ne ducas sub nomine dotis,  
Nec retinere ve caperit esse molesta.

XII.

Terentius:

Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium,  
Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi. Hoc  
Facito, hoc fugito, hoc laudi est, hoc vitio datur.

Multorum disce exemplo, quæ facta se-  
quaris,

Quæ fugias: Vita est nobis aliena Magistra.

B f

XIII. Ultra

L I B E R

XIII.

Ultra vires nihil aggrediendum.

Martialis :

Qui sua metitur pondera, ferre potest.  
Displicet ille labor, sub cuius pondere labor.  
Hoc attentabis, fieri quod posse putabis.

Quod potes, id tentes, operis ne pondere  
pressus,  
Succumbat labor, & frustra tentata relin-  
quas.

XIV.

Quod vides non rectè fieri, ne dissimules, sed ut  
& hujus versiculi memor sis :

Quod te non tangit, hoc te nullatenus angit.

Was dich nicht brennt/ das lesche nicht.

Quod nosti haud rectè factum, nolito file-  
Ne videare Malos imitari velle tacèdo. (re,

XV.

In summo jure expedit judicis favorem implorare,  
ut aliquid clem<sup>entiae</sup> <sup>petat.</sup>

Judicis auxilium sub iniqua lege rogato.  
Ipsæ etiam leges cupiunt, ut jure regantur.

XVI.

Ovidius epistola 5.

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est.

Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Ut quisq; est meritis, præsens pretium pro fa-  
ctis ferat. Nonius ex Nævio.

Fer mala cum pausa : nemo patitur sine causa.

Quam

### T E R T I U S.

Quam pateris dignè poenam, patiare benignè.  
Quod meritò pateris, patienter ferre me-  
mento,

Cumq; reus tibi sis, ipsum te iudice damna.

XVII.

Multa quidem legenda, sed cum iudicio, præsertim apud  
Poëtas, qui faciunt illud verisimile, quod mendacium  
est, ut Plautus inquit. Pro perlege, Erasmus legen-  
dum censet, perline, id est, dele, & corrige.

Multa legas, facito, perlectis perlegemulta.  
Nam miranda canunt, sed non credenda  
Poëtae.

XVIII.

Convivia quidem non debent esse muta, sed loqui solum  
unum, neq; honestum est, neq; commodum, inquit  
Philosophus Favorinus apud Gellium.

Dum convivaris, videas ne multa loquaris.

Inter convivas fac sis sermone modestus,  
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.

XIX.

Iratæ uxoris nec minas curato, nec lachrymas.

Ut flerent, oculos erudiere suos.

Fœmina dum plorat, lachrymarum fraude laborat.

Fœmina dum plorat, & rusticus ebrius orat,

Et lusor jurat, nulla devotio durat.

Conjugis iratæ noli tu verba timere.

Nam lachrymis struit insidias, dum fœmi-  
na plorat.

XX. Sui

L I B E R

XX.

Sui profusus, fit alieni appetens.

Qui sua demergit, mendicus ad ostia pergit.

Uttere quæ sitis, sed, ne videaris abuti.

Qui sua consumunt, cùm deest, aliena sequuntur.

XXI.

Mors non est formidanda, ut antè lib. 2. dist. 3.

Seneca in consolatione ad Martiam cap. 19.

Mors omnium dolorum & solutio est, & finis.

Intellige de morte beatorum.

Fac tibi proponas, mortem non esse timendam,

Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum est.

XXII.

Uxoris alioqui probæ loquacitati ignoscendum. Hinc est, quod D. Lutherus dixit. In conjugio mille occasiones declarandæ patientiæ habebis.

Uxoris linguam, si frugi est, ferre memento.

Namq; malum est nil velle pati, nec posse tacere.

XXIII.

Parentes charissimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est, Cicero post reditum in Senatu.

Lege caput tertium Siracidæ.

Dilige

Q V A R T U S.

Dilige non ægra charos pietate parentes,  
Nec matrem offendas, dum vis bonus esse  
parenti.

---

---

L I B E R Q V A R T U S,  
Q V I C O N S T A T  
Distichis 49.

I N præfatione monet, hæc præcepta  
conducere ad vitam securam, id est, tran-  
quillam, honestam, & beatam.

*Securam quicumq; cupis traducere vitam,  
Nec vitiis hæreere animum, quæ moribus obsunt:  
Hæc præcepta tibi semper relegenda memento.  
Invenies aliquid, in quo te utare magistro.*

Divitiæ si affluent, <sup>T</sup>

Pfal.

Semper avarus get

Despice divitias, si <sup>T</sup>

Quas qui suspiciunt, mendicant semper  
avari.

cor apponere,

Orat. b. i. ep. 2.

qui esse beatus,

II. Para-

L I B E R

II.

Parabile est, quod Natura desiderat, & expositum. Ad  
supervacua sudatur. Necessaria deesse non poterunt,  
quia Natura minimum petit. Naturæ autem se Sa-  
piens accommodat, Seneca lib. 2. epistolarum.

Commoda Naturæ nullo tibi tempore  
deerunt,

Si contentus eo fueris, quod postulat usus.

III.

Fortuna sæpe substituitur culpæ, Quintil. 7. 5.

Cùm sis incautus, nec rem ratione guber-  
nes,

Noli fortunam, quæ non est, dicere cæcam

IIII.

Avarus hoc solùm habet bonum, quòd inspicit Florenos,  
ut tabulam pictam, præterea nihil inde habet, D. Luth.  
cap. 5. in Eccles. Salomon.

Impedit omne forum defectus denariorum.

Dilige denarium, sed parcè dilige formam,  
Quam nemo sanctus, nec honestus captat  
habere.

Pecunia non pluris  
tub.

V.  
Vanda, quàm bona vale-  
Siac. 30. 14.

Cùm fueris loci corpus curare me-  
mento. (ipsum.)

Æger dives habet nummos, se non habet

VI. Præ-



## QVARTVS.

### VI.

Præceptoris & Patris imperium ferendum. Vide  
Sirac. 30. 12. ubi Pater filii latera tun-  
dere iubetur.

Verbera cùm tuleris, discens aliquando  
Magistri,  
Fer Patris imperium, cùm verbis exit in  
iram.

### VII.

Bonorum laborum gloriosus est fructus,  
Sapient. 3. 15.

Hunc laborem sumas, laudem qui tibi, & fructum  
ferat, Nonius ex Lucilio.

Res age, quæ profunt, rursus vitare me-  
mento,  
In quibus error inest, nec spes est certa la-  
boris.

### VIII.

Hilarem datorem diligit Deus, 2. Corinth. 9. 7.

Quod donare potes, gratis concede ro-  
ganti.

Nam rectè fecisse boni parte lucrorum  
est.

Parvulæ sæpe causæ falli- surpicionis magna  
detrimenta inferunt, Cæsar lib. 3.  
belli civilis.

Tollen-

L I B E R

Tollenda ex animo suspicio & conjectura, fallacissima  
irritamenta. Seneca lib. 2. de Ira.

Investigetur res, quæ suspecta videtur.

Quod tibi suspectum est, confestim discute  
quid sit.

Namq; solent, primò quæ sunt neglecta,  
nocere.

X.

Luxuriat rarò non bene pasta caro.

Vide Roman. 13. 5. ult.

Cùm te detineat Veneris damnosa volu-  
ptas,

Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est

XI.

Homo perniciosior feris omnibus, Seneca epist. 108.

Homo homini Deus, & Homo homini Lupus.

Fortior in saccum detrudit debiliorem.

Pisces minutos magnus comest, Nonius  
ex Varrone.

Cùm tibi proponas animalia cuncta ti-  
mere,

Unum homine  
tendi, bi præcipio plus esse ti-

Vires cogitationis non nisi cum prudentia conjunctæ  
profundè. Isocr. ad Demon.

Pugnax sapiente minor, Metam. 13. 354.

Cùm

Q V A R T U S.

Cùm tibi prævalidæ fuerint in corpore vi-  
res,

Fac sapias: sic tu poteris vir fortis haberi.

XIII.

Nihil homini amico est opportuno amicus,

Plautus in Epidico 3.3.

Auxilium à notis petito, si fortè laboras,

Nec quisquam melior medicus, quàm fi-  
dus amicus.

XIIII.

Ovidius epist. 19. v. 187.

Non bove maçtato cœlestia numina gaudent,

Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Vide epistolam ad Hebræos cap. 9.

Cùm sis ipse nocens, moritur cur victima  
pro te?

Stultum est in morte alterius sperare salu-  
tem.

XV.

Non fortuna homines æstimabo, sed moribus,

Macrobius lib. 2. c. 11. Saturnal.

Omniùm societatum nulla præstantior est, nulla firmior,

quàm cùm viri boni, moribus similes, sunt familiari-

tate conjuncti, Cicero lib. 1. off.

Cùm tibi vel socium, vel fidum quæris  
amicum,

Non tibi fortuna est hominis, sed vita pe-  
tenda.

C

XVI. Cui

LIBER

XVI.

Cui cum paupertate bene convenit, dives est. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est, Seneca epist. 2.

Uttere quæsitis opibus: fuge nomen avari.  
Quid tibi divitiæ p̄sunt, si pauper abundas?

XVII.

Qui Voluptatibus resistit, coronat vitam suam, Sirac. 19.  
s. in Græco. Sed quidam rumorem parvi faciunt, dum sit rumen qui impleant, ut Nonius ex Pomponio citat.

Crimina devita: nam famam dat bona vita.

Gaudia terrena non esse queunt sine pœna.

Gaudia divina semper sunt absq; ruina.

Gaudia stultorum cumulant augmenta dolorum.

Si famam servare cupis, dum vivis, honestam,

Fac fugias animo, quæ sunt mala gaudia vitæ.

XVIII.

Chilo docebat honorem à junioribus habendum senectuti, ut ipsi facti senes ab aliis haberentur in precio.

Ovidius lib. 4. Trist.

Utq; ego majores, sic me coluere minores.

Cùm sapias animo, noli irridere senectam.  
Nam, quicumq; senet, sensus puerilis in illo est.

XIX.

Artem quævis alit regio: qua proverbiali sententia significatur, certissimum viaticum esse eruditionem, aut opificium aliquod.

Art

## Q V A R T U S.

Ars remanet, durat; fortuna recedere curat.

Res valet, ars præstat: si res perit, Ars mihi restat.

Disce aliquid: nam cum subito fortuna recedit,

Ars remanet, vitamq; hominis non deserit unquam.

### XX.

Qualis vir, talis oratio. Sermo est character animi. Nosse me, aut alium vis? epistolas lege, quæ depingunt, inquit Lipsius.

Prospicito tecum tacitus, quid quisq; loquatur.

Sermo hominum mores & celat, & indicat idem.

### XXI.

Ufus facit artem. Natura facitabilem, ars facilem, usus potentem.

Exerce studium, quavis perceperis artem.

Ut cura ingenium: sic & manus adjuvat usum.

### XXII.

Vita cum exceptione mortis data est: ad hanc itur: quam ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuuntur, Seneca epist. 30.

Multum venturi ne cures tempora fati.

Non metuit mortem, qui scit contemnere vitam.

C 2

XXIII. In

**L I B E R**

**XXIII.**

In hoc gaudeo aliquid discere, ut doceam,  
inquit Seneca epist. 6.

Disce, sed à doctis: indoctos ipse doceto.  
Propaganda etenim rerum doctrina bo-  
narum.

**XXIII.**

Ebrietas unius horæ hilarem insaniam, longo temporis  
tædio pensat, Seneca epist. 60. & 84.

Hoc bibe, quod possis, si tu vis vivere sanus.  
Morbi namq; mali causa est quandoq; vo-  
luptas.

**XXV.**

Bilingues, qui eundem modò laudant, modò vituperant,  
ex eodem ore calidum & frigidum spirare dicuntur,  
Erasmus in Adagiis.

Laudaris quodcunq; palam, quodcunq;  
probaris,  
Hoc vide, ne rursus levitatis crimine da-  
mnes.

**XXVI.**

Rebus tranquillis metuas adversa sub illis.

In secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat: al-  
ternæ sunt vices rerum, Seneca lib. 3. natural. quæst.

Is demum Vir erit, cujus animum nec prospera fortuna  
flatu suo efferet, nec adversa infringet, Livius lib. 45.

Sapiens & bonum potest ferre modicè, & malum forti-  
ter ac leviter. Nonius ex Varrone.

Tran-

Q V A R T U S.

Tranquillis rebus, quæ sunt aduersa, ca-  
veto:

Rursus in aduersis, melius sperare me-  
mento.

XXVII.

Tam diu discendum est, quàm diu nescias, & si Prover-  
bio credimus, quàm diu vivas, Seneca epist. 77.

Discere ne cesses: curâ sapientia crescit.

Rara datur longo prudentia temporis usu

XXIII.

Sophocles in Oedipo Tyranno v. 618.

Mora temporis probum arguit tantùm virum.

At improbum vel unico agnoscas die.

Vide Erasmus in Proverbio: Nemini fidas, nisi cum  
quo prius modium salis absumseris.

Parcè laudato. Nam, quem tu sæpe pro-  
baris,

Una dies, qualis fuerit, monstrabit, amicus.

XXIX.

Quod nescis, ne pudeat discere.

Ne pudeat discere semper meliora, dixit Æsopus.

Ne pudeat, quæ nescieris, te velle doceri

Scire aliquid, laus est: pudor est, nil discere  
velle.

XXX.

Nulla quies homini, nulla est sine pace voluptas.

Mantuanus lib. 3. Sylvarum.

C 3

Cum

L I B E R

Cum Venere & Baccho lis est, & juncta vo-  
luptas.

Quod lautum est, animo complectere: sed  
fuge lites.

XXXI.

Imago animi vultus est, indices oculi, Cicero lib. 3. de  
Oratore. Vide civilitatem morum cap. 3.

Ne credas undam placidam non esse profundam.

Demissos animo, ac tacitos vitare memen-  
to.

Quà flumen placidum est, forsan latet al-  
tius unda.

XXXII.

Ut mala prudenter tua portes, & sapienter,

Inspice majores aliorum sæpe dolores.

Afflictis aliorum miseræ solatio sunt. Vide fabulam de  
Leporibus & Ranis. Nemo adeò miser est, atq; infe-  
lix, quin sint alii deteriore conditione.

Cum tibi displiceat rerum fortuna tua-  
rum,

Alterius specta, quo sis discrimine pejor.

XXXIII.

Littus ama: Altum alii teneant, Virg. lib. 5. v. 164.

Quod potes, id tenta. Nam littus carpere  
remis,

Tutiùs est multò, quàm velum tendere in  
altum.

XXXIV. Do-



Q V A R T U S.

XXXIV.

Dominus facit iudicium omnibus injuriam patientibus,  
Psal. 103. 6.

Ante Dei vultum nihil unquam restat inultum.  
Contra hominem justum noli contendere  
pravè.

Semper enim Deus injustas ulciscitur iras.

XXXV.

Si divitiæ contingunt, gaude: si ereptæ fuerint,  
noli te cruciare.

Ereptis opibus noli mœrorè dolendo,  
Sed gaude potiùs, tibi si contingat habere.

XXXVI.

Si amicus tibi damnum per imprudentiam dederit, non  
ideò debes ab ejus amicitia discedere.

Est jactura gravis, quæ sunt, amittere da-  
mnis.

Sunt quædam, quæ ferre decet patienter  
amicum.

XXXVII.

Vive memor quàm sis ævi brevis,  
Horat. lib. 2. Sat. 6.

Non tibi confidas, quod multo tempore vivas,  
Nam, quò quis vadit, mors post vestigia vadit.

Tempora longa tibi noli promittere vitæ:  
Quocunq; ingrederis, sequitur mors, cor-  
pus ut umbra.

L I B E R

XXXVIII.

Deus victimis non placatur, ut ante disticho 14. nec thure  
ex Arabia, sed sacrificia Dei, spiritus contritus, cor  
contritum & confractum, Psal. 51. 19.

Thure Deum placa: vitulum sine: crescat  
aratro,

Nec credas placare Deum, dum cæde lita-  
tur.

XXXIX.

Ut nequeas lædi, majori semper obedi.

Accipienda & mussitanda injuria potentum est.

Stultus, qui cum potentiore contendit, Hesiodus  $\psi$ . 208.

Cede locum læsus fortunæ: cede potenti:

Lædere qui potuit, prodesse aliquando va-  
lebit.

XL.

Cato Major dicebat, se omnibus peccantibus ignoscere,  
præterquam sibi ipsi.

Sibi ignoscit, quem non pœnitet admissi.

De se pœnas sumit, qui cura pensat, quod incogitantia  
commisum est.

Cùm quid peccaris, castiga teipse subinde:

Vulnera dum sanas, dolor est medicina  
doloris.

XLI.

Ne derelinquas amicum antiquum, Sirac. 9. 14.

Calles antiquos serves, veteres & amicos.

Non est antiquus à te damnandus amicus.

Muta

## Q V A R T U S.

Mutavit mores, affectus cerne priores.

Firmiores sunt antiquiores amicitiae, Servius ad

ψ. 539. Æneid. 7.

Damnaris nunquam, post longum tem-  
pus, amicum,

Mutavit mores: sed pignora prima me-  
mento.

### XLII.

Bene meritis gratiam referas, nec sis officiperda, id est,  
homo, in quem collatum beneficium perditur,

Wen dem kein Dank zu verdienen ist.

Gratior officiis, quò sis magè charior, esto,

Ne nomen subeas, q̄ dicitur officiperda.

### XLIII.

Cave, ne te conscientia timidum suspiciosumq̄; faciat.  
Suspectus caveas, ne sis miser omnib⁹ horis.  
Nam timidis & suspectis aptissima mors  
est.

### XLIII.

Servis tuis sit justa & clemens servitus apud te, ut Sofiæ  
apud Simonem in Andria Terentii. Servis imperare  
moderatè, laus est, Seneca lib. 1. de clementia, c. 18.  
Olim Dominis in servos vitæ necisq̄; potestas erat:  
qua de re tit 8. lib. 1. Institut.

Cùm servos fueris proprios mercatus in  
usus,

Et famulos dicas, homines tamen esse me-  
mento.

C ;

XLV. Occa-

L I B E R

XLV.

Occasio arripienda, ut supra lib. 2. dist. 26.  
Non tantum presentis, sed vigilantis est, occasionem  
observare properantem, Seneca epist. 22.

Quam primum rapienda tibi est occasio  
prima.

Ne rursus quæras, quæ jam neglexeris antè

XLVI.

In subita malorum morte noli gaudere: quia bonis &  
innocentibus viris idem contingere potest.

Est commune mori: mors nulli parcat honori.

Morte repentina noli gaudere malorum:

Felices obeunt quorum sine crimine vita  
est.

XLVII.

Si tibi suspecta est uxor, dubiique pudoris,  
Non habeas pulchros famulos, pulchrosve sodales,  
Cum quibus illa domi versetur: decipieris,  
Si quenquam fidum credes, est nemo fidelis.  
Insuper hoc moneo, ne si tibi compater ullus  
Contingit, nimium confidas. Namque sub isto  
Nomine peccandi proclivior est via multis.

Cum tibi sit conjunx, nec res & fama la-  
boret,

Vitandum ducas inimicum nomen amici.

XLVIII.

Quod doctissimus quisque novit, vix est minima pars eo-  
rum, quæ nondum novit, verè dixit Themistius Ari-  
stotelis interpres.

Discere

## Q V A R T U S.

Discere ne cesses, si Doctor maximus esses.

Cum tibi contigerit studio cognoscere  
multa,

Fac discas multa: vites nil velle doceri.

### XLIX.

In Epilogo præceptorum suorum rationem reddit, cur nudis verbis, hoc est, simplici eloquio, & sine ornatu Poëtico, singula Præcepta singulis Distichis completi voluerit, nempe ut apertior esset, & brevior, Quicquid præcipies, esto brevis, inquit Horatius, & vetus proverbium jubet loqui R U D I U S ac P L A N I U S.

Miraris verbis nudis me scribere verius?  
Hos brevitatis sensus fecit conjungere binos



## Index locorum communium in Distichis Catonis.

| A.  |   |
|---|---|
| <b>A</b> Mici monendi, 1. 9. eorum crimina dissimulanda, 3. 2. amicus fidus est optimus medicus, 4. 13. amicum ostendit tempus, 4. 28. amico aliquid condonandum, 4. 36. amicum veterem ne relinquant, 4. 41. | Amicitia amat officia, 1. 35. debet esse gratuita, 4. 15. Arcana cui committenda, 2. 28. Ars deluditur arte, 1. 26. Artificium est certissimum viaticum, 4. 19. Avarus non sis, 1. 19. 2. 19. Avarus mendicat, 3. 2. fuge nomen avari, 4. 16. Beneficia |

# I N D E X.

- |  |   |
|--|---|
| <p style="text-align: center;">B.</p> <p>Beneficia prædicanda, 1.15.</p> <p>Bene mereri studeas, 2.1.</p> <p>Blandiloquentia suspecta, 1.27. 3.3.</p> <p>Brevitati studendum, 4.49.</p> <p style="text-align: center;">C.</p> <p>Castiga te ipsum, 4.40.</p> <p>Cedendo victor abibis, 2.10. cede potenti, 4.39.</p> <p>Concordia nutrit amorem, 1.36.</p> <p>Conscientia facit timidum &amp; suspiciosum, 4.43.</p> <p>Consciens ipse sibi, 1.17.</p> <p>Consilium nullius aspernandum, 3.9.</p> <p>Contentus sis tua sorte, 3.10.</p> <p>Contrarius tibi ne esto, 1.4.</p> <p>Convitiis neminem laceffas, 3.6.</p> <p>Convivam decet modestia, 3.18.</p> <p style="text-align: center;">D.</p> <p>Damnatus iniquè ne desperes, 2.14.</p> <p>Denarium dilige, 4.4.</p> <p>Deus colendus, 1.1. in ejus arcana non inquirendum, 2.2. 2.12. Victimis non placatur, 4.14. &amp; 38. Ultor est injuriarum, 4.34.</p> | <p>Disce aliquid, 4.19. Disce, sed à doctis, 4.23. Discere ne cesses, 4.27. Disce quod nescis, 4.29. Fac discas multa, 4.48.</p> <p>Divitias noli suspicere, 4.1.</p> <p>Divitiis utendum, 4.16. si ereptæ fuerint, noli te cruciare, 4.35.</p> <p>Dona, quod potes, 4.8.</p> <p style="text-align: center;">E.</p> <p>Ebrietas non excusat, 2.21. nocet valetudini, 4.24.</p> <p>Exempla ex aliis sumas, 3.12.</p> <p style="text-align: center;">F.</p> <p>Fama honesta quomodo servetur, 4.17.</p> <p>Fortuna indulget malis, 2.23.</p> <p>Fortunam culpæ ne substituas, 4.3.</p> <p style="text-align: center;">G.</p> <p>Gaudia curis interponenda, 3.5. mala gaudia fugias, 4.17.</p> <p>Gratiam bene meritis referas, 4.42.</p> <p style="text-align: center;">H.</p> <p>Hæreditatem non minuas, 3.7.</p> <p>Homo homini Lupus, 4.11.</p> <p>Homo non robore, sed animo æstimandus, 2.9.</p> |
|--|---|

Janum

# I N D E X.

## I.

Janum bifrontem imitare,  
2.27.

Ignota notis non præferenda,  
1.32.

Ingratitudo expectanda, 1.23.

Invidiam conflat cultus  
splendidior, 2.13.

Ira odium generat, 1.36. pro-  
cul absit, 2.4.

Judex tuus esse memento,  
1.14.

Judicis favor implorandus,  
3.15.

Judicium populi non con-  
temnendum, 2.29.

Justum ne lædas, 4.34.

## L.

Labores infructuosos fuge,  
4.7.

Largire pro facultatib<sup>9</sup>, 1.40.

Laudare & vituperare eun-  
dem noli, 4.25. parcè lau-  
dato, 4.28.

Laudatus, existimes te com-  
mone fieri, qualis esse de-  
beas, 1.14.

Lege multa, sed cum judi-  
cio, 3.17.

Liberi artibus instruendi.  
1.28.

Lites fuge, 2.11. 4.39.

Loquacibus non creden-  
dum, 2.20.

Luxuriam fugito, 2.19. 4.10.

## M.

Maledicta non repetenda,  
2.15.

Mali non curandi, 3.1.

Medio tutissimus ibis, 2.6.

Miseriæ aliorum tibi solatio  
sint, 4.32.

Mors non metuenda, 1.22.  
2.3. 3.21. 4.22. ejus hora  
incerta, 1.33. quotidie im-  
minet, 4.37. communis est  
bonis & malis, 4.46.

Mortem alterius non expe-  
ctes, 1.19.

Multi multa loquuntur, 1.13.

Munera sint accepta, 1.20.

## N.

Natura paucis contenta, 4.2.

Nemo sine crimine vivit, 1.5.

Nescis quid ferus vesper ve-  
hat, 1.18.

Nocitura ne retine, 1.6.

Nosce teipsum, 1.5.

## O.

Obsequ<sup>34.</sup> amicos parit,  
sio

O<sup>34.</sup> accipienda, 2.26.

Offici perda ne sis, 4.42.

Parentes

# I N D E X.

- | P.  | S.   |
|---|--|
| <b>P</b> arentes diligendi, 3.23.   | <b>S</b> egnitiem fugito, 3.4.   |
| <b>P</b> arsimonia adhibenda, 1.24.<br>2.17. 3.20.  | <b>S</b> enex factus, memento te<br>puerum fuisse, 1.16.   |
| <b>P</b> arvo gaudere memento,<br>2.6.  | <b>S</b> enes non sint avari, 3.8.   |
| <b>P</b> atientia maxima virtus,<br>1.38.   | <b>S</b> enectam noli irridere, 4.18.  |
| <b>P</b> atris imperium ferendum,<br>4.6.   | <b>S</b> ermo character animi, 4.<br>20.   |
| <b>P</b> auperis uxor amicos inve-<br>nit, 4.47.  | <b>S</b> erva, quod habes, 1.39.   |
| <b>P</b> aupertas ferenda, 1.21. exci-<br>tat artes, 1.28.                                  | <b>S</b> ervis parcendum, 1.37. <b>servi</b><br>consilium non conte-<br>mnendum, 3.9. <b>servi</b> non<br>duriter tractandi, 4.44. |
| <b>P</b> ecunia non pluris facienda,<br>quam bona valetudo, 4.5.                            | <b>S</b> imulandum, 1.26.  |
| <b>P</b> eccata non latent, 2.8.  | <b>S</b> omnia ne cures, 2.31.   |
| <b>P</b> etenda sunt æqua, 1.31.  | <b>S</b> omno non indulgendum,<br>1.2.   |
| <b>P</b> œnam, quam meritis es,<br>patere, 3.16.  | <b>S</b> pes nunquam abjicienda,<br>2.25.  |
| <b>P</b> rodigus aliena appetit, 3.<br>20.  | <b>S</b> tultus. Cum stulto non<br>contendendum, 1.10.   |
| <b>P</b> romissum non cadat in du-<br>bium, 1.13. qui sæpe pro-<br>mittit, levis est, 1.25. | <b>S</b> tultus, qui cum potentiore<br>contendit, 4.39.  |
| <b>P</b> ropria laus sordet, 2.16.  | <b>S</b> tultitia interdum simulan-<br>da, 2.18.   |
| <b>P</b> roximus egomet mihi, 1.11.   | <b>S</b> umptus necessarii faciendi,<br>2.5.   |
| R.  | <b>S</b> uspicio ex animo tollenda,<br>4.9.  |
| <b>R</b> ebus angustis<br>pare, secundi<br>26.  | <b>S</b> uspiciosum facit conscien-<br>tia, 4.43.  |
| <b>R</b> umores ne sparseris, 1.12.   |  |

**Tacendo**



## I N D E X.

| T.   | V.  |
|--|---|
| Tacendo Malorum facta, illos imitaris, 3.14. | Valetudinem cura, 2.28. & 30  |
| Tacitos vitare memento, 4.31.                | Veneris damnosa voluptas, 4.10.   |
| Taciturnitas virtus præcipua, 1.3.           | Vince ferendo, 1.38.  |
| Tacuiffe non nocet, 1.12.                    | Vires sine prudentia non profunt, 4.12.   |
| Tela prævisa mitius nocent, 2.24.            | Ufus facit artem, 4.21.   |
| Temperantia sanitatis nutrimenta, 2.28.      | Vultus imago animi, 4.31.   |
| Tempori cedendum, 1.7.                       | Uxor propter dotem non ducenda, 3.11. Uxoris lachrymæ non metuendæ, 3.19. ejus loquacitati ignoscendum, 3.22. |
| Tenta, quod potes, 3.13. 4.33.               | Uxori de servis non credendum, 1.8.   |
| Turpe est Doctori, 1.30.                     |   |
| Turpitudinem propriam ne reveles, 2.7.       |   |

## F I N I S.




Christian Bachmann

*[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*


F I M I E
















ALVE  
2







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

A M O.

NIS,  
UOR  
STRI-

retur, ferenda  
ue essent, dice-  
MUS HOC

one non eges;  
ros docet.

GI  
s Bertschius.  
M. DCVI.

28